

# ZOOGNOSIA

TABULIS SYNOPTICIS

ILLUSTRATA,

AUCTORE

GOTTHELF FISCHER.

---

In usum prælectionum Academiæ Imperialis Medico-Chirurgicæ Mosquensis.

---

(3)  
VOLUMEN TERTIUM

Quadrupedum reliquorum, Cetorum et Monotrymatum descriptionem continens.

---

MOSQUAE.

TYPIS NICOLAI SERGEIDIS VSEVOLOZSKY.

1814.

## II. QUADRUPEDA UNGULATA.

## Ordo. (VII.) 1. MULTUNGULATA.

66. *Hyrax*. H. (*Cavia*. L.) 273.1. *capensis*; 2. *syriacus*; 3. *hudsonius*.67. *Sus*. L. 277.1. *Scrofa*; 2. *Babyrussa*; 3. *aethiopicus*.68. *Tayassu*. FISCH. (*Sus*. L.) 284.1. *Pecari*; 2. *patira*;69. *Tapirus*. GEOFFR. 289. (*Sus*. L.)1. *americanus*; 2. *giganteus*; 3. *parvus*.70. *Rhinoceros*. L. 294.1. *asiaticus*; 2. *sumatrensis*; 3. *africanus*;  
4. *ticheorhinus*.71. *Elephas*. L. 310.1. *indicus*; 2. *africanus*; 3. *mammonteus*.Animal dubium: *Sukotyrus*. 327.62. *Hippopotamus*. L. 528.1. *amphibius*; 2. *macrodon*; 3. *hyodon*.

\* ANIMALIA fossilia hujus Ordinis.

73. *Anoplotherium*. C. 353.1. *commune*; 2. *medium*; 3. *parvum*;  
4. *minimum*.64. *Palaeotherium*. C. 334.1. *magnum*; 2. *medium*, 3. *minimum*.75. *Elasmotherium*. Fr. 335.

70. RHINOCEROS. *Dentes primores pro speciebus variis.*

*Canini nulli.*

*Molares XIV utrinque, coronā deplanatā, excisionibus semilunariibus et circularibus.*

*Cornua (unum aut duo) solida, conica, recurva, perennia, naso insidencia.*

*Pedes trisulci.*

Rhinoceros, PLINII, LINNAEI et OMNIUM.

Hocopoēb, Russis, Nashorn, Germanis,

Rhinoceros. Anglis, Gallis; Rinoce-  
ronte, Italies; Chartis, Carcand, Car-  
cadden, Arabibus; Carc, Gurg, Ker-  
kedon, Persis. Abada, Numba, Iava-  
nensibus; Tuabba, Nabba, Hotten-  
tottis.

LINNAEUS Rhinocerotem ad *Bruta* sua retulit, in System. nat. ed. XII. speciem in primis cognoscens asiaticam, illique duos dentes incisores utrinque tribuens. GMELIN in nova editione systematis naturæ eum ad Belluas traxit, etsi mentionem dentium incisorum fecerit et bicornem et unicorner tanquam species distinctas descripsit. Dentes enim irum incisores, remoti, occursantes, soli juniori bicorni tribuit, adulto vero recusavit. Duce deinde PALLASIO, de effossis in Sibiriæ campis animantium sceletis inquirenti, multi cogitarunt naturæ scrutatores, (ERXLEBEN, ZIMMERMANN et alii), omni dubio carere, rhinocerotem uno, duobus, imo tribus (\*) cornibus insignem, unum eundemque quadrupedem constituere, cornuumque istam multitudinem, crescentis tantum

---

(\*) HAMILTONIUS, se in terra natali rhinocerotis caput quod tribus juxta positis cornibus instructum fuerit, invenisse adfiram. Vid. *Voy. for the East Ind.* T. I. p. 8.

senectæ indicia esse, minime diversas species, sed ad summum varietas quasdam efficere. PARSONS tamen jam dudum demonstravit, Rhinocerotes africanos esse bicornes, asiaticos unicernes. P. CAMPER eos bene cognovit et distinxit eorumque crania egregie depinxit. (\*) Nunc vero observationibus de dentibus et cornibus, quæ setis adglutinatis effecta videntur, in primis clarissimi CUVIER collectis, tres inter viventes species existere, eluxit.

\* DENTES INCISORES magni subovati, distantes utrinque II; duoque minores, conici, superiores externi, inferiores interni, decidui.

asiaticus. 1. Rh. unicornis, pelle densa, valde plicata.

*Rhinoceros*, PLINII hist. nat. VIII. 20. XVIII.  
I. DIOCASSIUS lib. 41.

(\*) in tabula ænea in folio, à VINKELES sculpta, et Iacobo VANDERSTEEGE dedicata. Hanc publicam non reddidit auctor, sed amicis solis donavit. Venerando SOMMERRING debo cognitionem harum tabularum et copiam, quam Francofurti zalamo feci, clar. BLUMENBACH in *Naturh. Abbild.* 1. n. 7. figuram horum craniorum scalâ minori, publici juris fecit.

\*Προκεως, AELIAN. animal. XVII. c. 45. OPIAN. Cyneg. II. 551. STRABO lib. XVI. (p. 1120. ed. Amstel. 1707.)

Frid. Gottlieb FREYTAG *Rhinoceros e veterum scriptorum monumentis descriptus.* Lips. Langenheim. 1747. 8.

LINNAEI syst. nat. ed. 2. p. 48. *Elephas nasso cornigero*; ed. 6. p. 11. n. 1, *Rhinoceros cornu unico conico*. ed. X. p. 56; ed. XII. 1. p. 104. n. 1; III. p. 227; et. ed. GMELINI p. 57. n. 1. *Rhinoceros unicornis.*  
Носорогъ однорогой. СЕВАСТ. I. 209.  
Озер. I. 135.

ERXLEBEN Syst. p. 198. 1.

BRISSON, regn. an. p. 114. n. 1.

PARSONS, a letter containing the natural history of the Rhinoceros. — Phil. Trans. Y. 1743. p. 523. germanice per G. L. HÜTH. Nurnberg. Stein. m. 3. kupf. 1747. 4.

S. G. GMELIN, Waarneeming over den Rhinoceros of Neushorn. — Verhandel. der Maatsch. te Haarlem. Deel. 9. St. 3. Bl. 632.

rec. Comment. Lips. Vol. 17. p. 466.

G. CUVIER, sur les différentes espèces de Rhinocéros. Société Philomat. A. 1797. p. 17.

EJUSDEM Descript. ostéol. du Rhinocéros unicorn. V. Annal. du Mus. III. 32. Pl. III. IV. V.

*Icones.*

**GESSNER** Thierb. p. 304. et. 305 fig. Alberti  
Durer.

**RIDINGER** tab. peculiari 1748. fig. bona.

**PARSON** l. c. fig. mediocris.

**MEYER**. Thiere III. t. 29. 30. f. mediocris.

**HILL**. animals. p. 567. t. 28. fig. mala.

**HALLER** Vierf. p. 368. t. 5. fig. mediocr.

**EDWARDS** Glean. l. 24. tab. 221. f. 2. fig.  
mediocr.

**BUFFON** hist. nat. XI. p. 174. t. 7. fig. bona.  
ed. SONNINI 26. 223.

**KNORR**. delic. II. t. K. 10. fig. bona.

**MÜLLER** Naturs. I. p. 469. t. 32. f. 1. 2. fig.  
Parsons.

**SCHREBER** Säugthiere II. 229. tab. 77. fig.  
Riding. (t. 77. B. fig. cranii fossilis Pall.)

**WANDELAAR** in **ALBINI** Tab. mascul. 4. 8.  
fig. optima.

**Ménagerie du Muséum de Paris**. Livr. IX. fig.  
optima. (ed. 8. II. p. 111.)

*Anatome.*

*Cranii.* P. **CAMPER**. **BLUMENBACH**. l. c.  
*totius sceleti*, **CUVIER** l. c.

---

*Leigh Thomas*, an anatomical description of a male Rhinoceros; communic. by G. Fordyce.—*Philos. Trans.* 1801. p. 145-152. c. tab. Xma. f. 1-3. oculi sectio verticalis, isque a latere et a postica parte. f. 4. portio jejuni. Cf. WIEDEMANN'S *Archiv.* IV. 1. 175.

*Caj. Montius de rostro Rhinocerotis*; in *Comment. Inst. Bononiens.* To. III. p. 298.

rec. *Comment. Lips.* Vol. 5. p. 303.

Magnitudo Elephantis, longitudine corporis ad 12 pedes, pedibus brevioribus, ut 6-7 pedes altus sit. Caput suillum, longum postice latum, occipite elevato, versus nasum angustatum. Nares transversæ. Cornu conicum, acuminatum, solidum fibrosum, fere quatuor pedes longum, nigrum, laxe, supra nasum. Labia rigida scabra. Labium superius longum, dependens, acuminatum, quasi prehensile, extensile. Lingua lavis. Auriculæ maiores, erectæ, acutæ pilosæ. Oculi minimi versus rostri apicem. Collum breve, crassum. Corpus crassum, abdomine pendulo. Cauda attenuata, pedibus brevior, versus apicem pilis longis, nigris, crassis, disticha. Pedes breves, antici incurvi. Cutis nuda, verrucosa, rugosa, effusco nigricans, durissima, ut sagittæ, globuli sclopetarii, gladii ictus inde resiliant. Setis raris fuscis aut nigris, hinc inde fa-

sciculatis. Plicæ, s. rugæ, s. suturæ circa collum, humeros, femora in cute molles, colore subincarnato.

*Structura internæ* cum ea Equi convenit. Sub cute tela cellulosa copiosa et laxa. Paniculus carnosus nullus. Musculi abdominales eorumque tendines fortissimi. *Ventriculus* et intestina similiima Equinis, cœco tamen majore. Intestina tenuia brevissima, earumque superficies interna processibus membranæ internæ extenditur. *Hepar* molle, fuscum, in plures lobos divisum. *Cystis* fellea nulla. *Splen* et paucreas ut in *Bobus*. Renes magni, lobati. Oculi iis ovium similes, sclerotica tamen duriore et crassiore. *Tapetum* nullum. Iris ex nigro fusca, circularis. Lens fere sphæroidea. Notandi veniunt processus quatuor, tendinibus distinctis ab internâ et posticâ parte scleroticae, locis æque a nervo optico distantibus, incipientes, inter membranas recurrentes sensimque sese dilatantes, inque choroidea se se inserentes, ibi ubi diametrum oculi maximum. Processus isti muscosi, axin oculi abbreviantes, lentemque retinæ adpropinquantes, sine dubio adjuvant, ad objecta remota melius distinguenda. (Conf. Vol. II. p. 339.)

*Habitat* intra tropicos in Asiæ humidioribus umbrosis, solitarius, segnis. Vox grunniens quasi Porci, cui similis coeno se volutat.

Victitat vepretis, spinisque. Retrosum mingit et coit. Parit unicum. Mansuescit. Caro ejus injucunda.

Animal jam a JOBO nomine *Reem* memoratum, in pugnis animalium apud Romanos celebratis vulgatum, in Europa raro visum. Sex exempla sunt cognita, quorum unum per viginti annos in theriotropheo Parisiensi vixit, et a P. CAMPER, MECKEL, DAUBENTON, SANDER (*Naturforscher. St. 15. n. 1. p. 1.* et *Kleine Schrift. 1784. n. 7.*) fuit observatum. Hujus skeleton egregie a MERTRUD praeparatum, et CUVIER descriptum *Parisiis conservatur.*

*sumatrensis.* 2. Rh. bicornis, cute minus rugosa.

William BELL, description of the double horned Rhinoceros of Sumatra,

Philos. Trans. Y. 1795 p. 3.

G. CUVIER, Annual du Museum VII. p. 30. pl. 2. f. 8. cranium sig. Bell.

*Rhinoceros sumatrensis* est species intermedia inter asiaticam et africanam; duo nimirem cornua habet et pellem laeviorem minus rugosam, uti capensis, attamen dentibus incisoribus, instar Rhinocerotis asiatici, gaudet.

\* \* RHINOCEROS *dentibus incisoribus nullis,*  
*africanus.* 3. Rh. bicornis, nec incisivi, nec  
 canini, molares 14 utrinque.

LINN. GMEL. syst. nat. p. 57. n. 2.

ERXLEBEN, Syst. p. 202.  $\beta.$  varietatem esse  
 unicornis putat.

Lucas SCHRÖCK, De gemino Rhinocerotis cor-  
 nu. V. Miscell. Acad. Nat. Curios. Dec. 2.  
 A. 5. 1666. p. 468.

James PARSON, A letter on the double horns-  
 of the Rhinoceros.

V. Philos. Trans. Y. 1765. p. 32.

Hans SLOANE, A letter of the pieira de cobra,  
 etc. together with the figure of a Rhinoceros with a double horn.

Ibidem Y. 1749. p. 118.

Andreas SPARRMANN, Beskrifning om Rhinoceros bicornis. Vetensk. Academ. Handl. A. 1778. S. 303.

Beschreibung des Nasehorns mit zwey Hörnern.

Schwed. Acad. Abhandl. I. 1778. p. 291.

Vid et it. ejus ad. Caput bon. spei.

Description de l'organe de génération du Rhinocéros à deux cornes.

Acta Acad. Petropol. A. 1779. P. 1. Hist.  
 p. 64.

HOUTTOUYN nat. hist. II. p. 346. Rhinoceros mit twee Beitelswyze Hoornen.

PENNANT, Syn. quadr. p. 75. n. 58. *a.* the two horned Rhinoceros.

MÜLLER Naturs. I. p. 472. Zweyhörniges Nasohorn.

Двурогий Носорогъ. СЕВАСТ. I. 211.

SONNINI ed. BUFFON. 26. 318. le Rhinoceros d'Afrique.

*Pet.* CAMPER Diss. de capite Rhinocerotis cum gemino cornu.

V. Nov. Comment. Petropol. Vol. XIII et XVII.

G. CUVIER ll. cc. et Tabl. ed. german. I.  
p. 232.

Figuræ cornuum V. IACOB. Mus. reg. tab. 3.  
f. 4. KLEIN quadrup. tab. 2.

Speciem hanc esse distinetam ex disquisitionibus CAMPERI et CUVIER clare elucescit. Pellis ejus est sine rugis s. plicis; forma cranii generalis est diversa; non solum cornua duo gerit constanter, sed in primis dentium numerus longum abhorret ab eo unicornis; non nisi 28 adsunt, et quidem molares. Incisivi semper deficiunt, nec os intermaxillare tales continere posset, propter ejus diametrum nimis parvum.

*Habitat in Africa.*

*Rhinoceros bicornis* s. *Africanus* vivus in Europā non fuit observatus. Cornua ejus in variis collectionibus existant, nec in Museo Mosquensi defuerunt.

Nota. Figura Rhinocerotis bicornis Abyssinici, quam BRUCE in lucem protulit, fictitia videtur.

Ab antiquis cognitum animal, in numis eorum e. g. DOMITIANI obvium, quo tempore duo adfuerunt Romæ, in Epigrammatibus MARTIALIS dictum. PAUSANIAS lib. IX. p. 572. (ed. Hanov. 1613) locum cornuum in capite Licornis, quem taurum æthiopicum adpellavit, succincte descriptis.

\* \* \* RHINOCEROTES *fossiles*.

Ossa hujus generis fossilia unam certe speciem distinctam, vulgo *Sibiricam* dictam, sed etiam alibi obvenientem, sine ullo dubio offerunt.

ticheorhinus. 4. Rh. capite elongato, pariete narium ossea.

a τειχος, εος, murus, et ον, nasus, propter parietem firmam et osseam in naso.

*Rhinoceros antiquitatis* BLUMENBACH Handbuch. p. 723. n. 4.

*Rhinoceros sibiricus*, G. Fischer programme sur l'Elasmotherium p. 13. n. 2. etiam in Germania et alibi.

G. CUVIER sur les Rhinoceros fossiles.

Vid. Annal. du Muséum. Vol. VII. p. 19-52. cum 4. tabb. aen.

Ad speciem inter fossilia distinctam demon-  
strandam clarissimus CUVIER proposuit se-  
quentia , in comparatione craniorum fossil-  
ium cum viventibus observata :

1. Crania fossilia sere omnia generatim ea vi-  
ventium Rhinocerotum superant , ut 33 aut  
27 ad 21 aut 19.

2. Crista occipitalis in africano sere recta est su-  
pra condylos occipitales ; facies postica occi-  
pitis directionem sere perpendicularē habet  
in axin craniī.

In unicorni juniori facies ista antrorum est  
inclinata , ita ut nasus minus a cristā quam  
a condylis distare videatur ; circiter ut  
19 : 25.

In omnibus craniis fossilibus crista occipita-  
lis recurvata est , et a naso multo magis  
distat , quam hic a condylis.

3. Meatus auditorius in speciebus viventibus  
axin offert verticalem , in fossilibus obliqua  
est. *Adr. CAMPER.*

4. Rhinoceros fossilis bicornis fuit , id quod  
adparet ex discis duobus rugosis in cranio  
conspicuis , altero in naso , altero vero su-  
pra oculos. In individuo prope Wilhui in-

vento, PALLAS hoc bene observavit. «Apparent autem cornu nasalis, pariter atque frontalis, evidentissima vestigia.» Nov. Comment. XVII. p. 588. In fossili itaque cornua distant, cum in Africano et Sumatrensi sese tangant.

5. Apophysis maxillaris et os intermaxillare longissima sunt atque fortissima in Rhinocerote fossili, cum hæ partes in bicorni africano breves sint parvæque.
6. Os intermaxillare speciei fossilis tuberculum fert, nec in bicorni africano, nec in eo Sumatræ obvium.
7. Character vero præcipuus in formâ nititur ossium nasi, eorumque conjunctione cum ossibus intermaxillaribus, quo non solam a reliquis speciebus Rhinocerotum, sed etiam ab omnibus animalibus cognitis recedit. Ossa nasalia non libere terminantur, sed descendunt ultra narium limites, sese conjungentes cum osse intermaxillari.
8. Hæc conjunctio adhuc multo firmior redditur pariete ossea, nares dividente, et retro eam vomere nectente.
9. Quam per parietem et foramina incisiva dividuntur, cum in speciebus viventibus in unam magnam aperturam sint confusa.
18. Oculi magis retrorsum sunt locati, quam in speciebus viventibus. Supra ultimum molarem oculi sunt recepti, cum in asiatico

supra quartum, in africano supra quintum locati sint.

Dentium incisorum examen adhuc superest, ad quæstionem, numne plures species inter fossiles existant, resolvendam? Eqnidem iamtime convictus sum, quæstionem hanc esse adsirmandam. Quinque craniis deperditis, una cum maxillâ inferiore simillimâ figuræ 3, tab. 3. Diss. clar. CUVIER, etsi dimensione diversâ, judicium meum nullum interponendum, sed id alius exquirendum est.

Non abs re fore arbitror, loca quædam commemorare, ubi ossa Rhinocerotis fossila huc usque fuerunt detecta.

in *Russia.*

in *Sibiria* huc usque maiori in copia ossa Rhinocerotis fuerunt effossa; e littoribus fluvii *Wilhui*, Lenæ, lacus *Baical*, fluvii *Tchikoi* Salengæ.

PALLAS, anno 1770, Rhinocerotem pelle et carne tectum inque glacie sepultum et conservatum, ad littora Wilui detexit.

*P. S.* PALLAS de ossibus Sibiriæ fossilibus craniis præsertim rhinocerotum atque buffalorum observationes;

Novi Comment. Acad. Petropol. XIII. p. 436-477. et XVII. 1773; et 1777. part. II.

prope *Alei* mont. PALLAS it. III. pl. 18. (de la trad. franç. éd. in- $\frac{1}{4}$ o.)

prope *Casanum*; PALLAS Neue nordische Beyträge I. 176. SINOBIEFF, litteris mibi datis, et frustulis humeri et aliis quibusdam fragmentis missis.

in guverno *Simbirsk*; SCHEPOTIEFF, qui mihi inde cranium egregium misit.

in guverno *Mosquensi* prope *Protbam*; G. Fischer.

in *Germania*.

in *Rheni* littoribus et vicinis, (Darmstadt) MERCK lettres. COLLINI Memoires de l'Academie de Manheim. tom. V.

*Argentorati*, (HERMANN) *Weissenau* prope *Moguntiam* (SÖMMERRING, MERCK.)

Prope *Spiram*; G. FISCHER, Rapport sur les os trouvés entre *Obrigheim* et *Dirmstein*, arrondissement de *Spire*. Relatio in Soc. Mog. (30 Germ. X.) lecta, an impressa nescio?

prope *Cumbach*; (Merck.)

prope *Lippstadt* in Westphalia. (CAMPER, CUVIER.)

prope *Cantaropolin*, ad littora *Neccarii*. (CUVIER f. 5. 8. dentium, et Davila cat. 3. p. 229 et 250.)

prope *Burgtonnam* Goth., dentes magnitudine eximiā V. VOIGT über einige physicalische Merkwürdigkeiten der Gegend von Burgtonna im Herzogthum Gotha, nebst einigen zufälligen Gedanken über die Veränderungen

unserer Erdblache. Magaz. III. 4. p. 1. sq.  
Tab. 1. f. 1. 2.

in præfectura Herzbergensi; Sam. Chr. HOLL-  
MANN, Ossium fossilium insolitæ magnitu-  
dinis in præfectura Herzbergensi. etc.

Comment. Soc. Reg. Goetting. Tom. II. p.  
21 et 242. 1752.

in regionibus Hercyniae; Von den Rhinoc-  
erosknochen in der Nähe des Harzes. V.  
Samml. zufäll. Gedanken. Lemgo. 1771. 6  
Saml.

I. Fr. ZÜCKERT, Beschreibung u. Abbildung  
einiger bey Quedlinburg ausgegrabener Kno-  
chen. V. Beschäft. der Berl. Gesellsch. Na-  
turf. Fr. B. 2. S. 340.

in Anglia prope Cantuariam; Nehem. GREW,  
Mus. Soc. reg. pl. 19. f. 3. p. 254.

in Gallia, circa Vignonet in Occitania; pro-  
pe Chagny, Circul. Socconæ et Ligeri, ad  
53 pedes sub terra. (G. CUVIER.)

in Italia, in valle Arno. G. CUVIER.

\* ANIMALIA hujus ordinis fossilia,  
quorum genera non amplius inter-  
viventia existunt.

73. ANOPLOTHERIUM. *Dentes incisores* IV.

*Canini nulli.*

*Molares, coronâ  
semilunari, ab  
incisivis non  
distantes.*

*Anoplotherium*, CUVIER, (ab ανωπλος, sine  
armis, designans animal sine caninis.)

FISCHER.

G. CUVIER Recherches sur les os fossiles.

V. Annales du Muséum. Tom. III. p. 364-  
387. et 442-471. c. tabb. æneis.

G. FISCHER, Programme p. 23. n. 8-11.

*Anoplotherium* quandam nobis sistit analogiam  
cum Palæotherio, attamen in primis dentium  
caninorum defectu, et etiam molarium forma  
ab eo differt.

Quatuor hujus generis species in gypso circa  
Parhisios detexit et descriptsit celeberrimus  
CUVIER.

1. *A. commune*, magnitudine *Scrofae* majoris.
2. *A. medium*, magnitudine *Ovis*.

3. *A parvum*, magnitudine, *Leporis.*

4. *A minimum*, magnitudine *Caviae.*

74. PALAEOTHERIUM. *Dentes incisores IV*  
*utrinque.*

*canini II. in*  
*utraque ma-*  
*xilla.*

*molares XVI,*  
*utrinque, co-*  
*rona excisione*  
*duplici vel tri-*  
*plici semilu-*  
*nari.*

*Palæotherium*, CUVIER. (a παλαιός, anti-  
quus,) FISCHER.

G. CUVIER, sur les espèces d'animaux, dont  
proviennent les os fossiles répandus dans  
la pierre à plâtre des environs de Paris.

V. Annal. du Muséum. Tom. III. p. 275-303.  
avec 6 planches. Suite de ce Mém. ib. p.  
364-387. avec 3 pl.

G. FISCHER Programme. p. 22. n. 5-7.

*Palæotherium*, ossibus comparatis, intermedium  
formare videtur inter *Tapirum* et *Rhinoce-*  
*rotum*. Tres species detexit CUVIER.

1. *Pal. magnum*, magnitudine equi minoris.
2. *Pal. medium*, magnitudine scrofæ.
3. *Pal minimum*, magnitudine ovis minoris.

75. ELASMOTHERIUM. *Dentes incisores nulli,*  
*(in maxilla inferiore.)*

*nec canini.*

*molares X, (ante-*  
*rior deciduus,) obtusi, cylin-*  
*drii, lamella fimbriata, se*  
*ipsam involven-*  
*ti, compositi.*

*Elasmotherium*, FISCHER, ab "ελασμος, la-

mella, ad dentium molarium formam  
 indicandam.

G. FISCHER, Programme contenant la Notice  
 d'un animal inconnu aux Naturalistes.  
 Moscou. 1808. 28 pagg. in 4. c. tabb. aen. II.  
 Sur l'Elasmotherium, avec les mêmes plan-

ches.

V. Mém. de la soc. Impér. des Nat. Vol.  
 II. p. 250.

Animal hoc fossile in Sibiria prope Miask in-  
 ventum, cuius maxilla inferior ex donatio-

ne defunctæ principis Catherinæ Roman.  
Daschkaw accepimus et in Museo mosquensi conservamus, intermedium fuisse videtur  
inter Rhinocerotem et Elephantem. Cranium ejus est elongatum, ramus adscendens maxillæ inferioris parum elevatus est;  
condylus longe distans a molaribus, transversus, triangularisque. Forma et habitus  
generalis hujus maxillæ inferioris, sola pars  
huc usque cognita Elasmotherii, analogiam  
quandam offert cum Dasypodibus, Myrmecophagis,  
Manibusque, propter defectum  
rami adscendentis. Dentes vero cum iis Elep-  
hantis et Rhinocerotis eo conveniunt quod  
substantia vitrea lamellam dentem compo-  
nentem, sequatur, et interne sese ostendat  
ubique laniella ista penetret. Charac-  
ter vero, dentes Elasmotherii ab omnibus  
aliis huc usque cognitis, sive viventibus sive  
fossilibus, distinguens, in eo nititur, quod  
lamina ista sit fimbriata, sive excisionibus  
minimis semicircularibus instructa, sibi si-  
millimis et coronâ et radice. Dens molaris  
itaque quasi laminâ, cylindrice circa se ipsam  
involutâ, compositus est.

Tabulam exactam hujus maxillæ l. c. exhibui, notandæ restant quædam dimensiones.

Longitudo maxillæ inferioris inde a condylo

usque ad marginem incisivum . . . . 26 poll. 8. lin.

Altitudo ejus prope apophysin coronoïdeam . . . . 6. 7.

— — — prope primum dentem molarem

a postica parta. . . . . 4. 1.

Longitudo symphyseos . . . . .	5 poll. 6 lin.
— — secundi dentis postici . .	6
Latitudo ejusdem . . . . .	3

76. MASTOTHERIUM. *Dentes incisores superiores duo, longissimi, sursum versi.*

*Canini nulli.*

*Molares coronā elevatā, tuberculis conicis s. mammillaribus.*

*Proboscis ut in Elephante.*

*Mostotherium, FISCHER; Mastodonte, CUVIER; Harpagmotherium, FISCHER; Elephas QUORUNDAM.*

*Nota.* Nomen *τος Mastodonte* indicat animal cuius dentes molares habent coronam ex tuberculis mammillaribus formatam, *α μασος*, mamma; auctor vero prætulit nomen *τος mastotherium*, ad legem generalem, a celeberrimo CUVIER ipso tacite consecratam, conservandam, secundum quam, animalia nimirum fossilia, ut terminazione, simili in *therium* in systemate indicentur, necessarium esse judicavimus.